



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 90.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

**C**HILpericus timens Guntramnum & Childebertum in Camaracensem cum thesauris omnique prælidio est aggressus: per ipsum timorem, exercitum sæpe mouebat & residere faciebat. *Caput 88.*

**C**Hildebertus in Italiam abiit, & Langobardi se suæ ditioni commendant: gloriose exinde Childebertus reuertitur. acceperat prius à Mauritio Imperatore quinquaginta millia auri, vt Longobardos de Italia expugnaret: sed non solum eis non nocuit, sed amicitias cum ipsis iniit. Leopildus, vt supra fecimus mentionem, filium suum Ermengildum interfecit. *Caput 89.*

**C**Hilpericus & Fredegundis filia eorum cum multis thesauris & multitudine famulorum in eius ministerium direxit, quam filius Leopildi accepit vxorem; nec post mora extante Chilpericus Calamvillam nec procul à Parisijs ab homine nomine Falcone qui missus à Brunichilde fuerat, est interfecit, & crudelissimam vitam digna morte finiuit. *Caput 90.*

